Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31639
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



gine there legunt. Et hi omnes bene principes
appellantur. quia eos honore ac primatu dignis
simos fidelium turba sequebatur. Dicunt enim
principes. et quia reges non. sic in exodo legitur. in
dedicatione tabernaculi. quomodo obtulerunt dona
xii principes. singuli de singulis tribubus israel.
Congruit autem ipsorum quia nominum significationes edi
cere. quorum per quos ecclesie euenire. Iuda con
fessio dicitur. zabulon habitaculum fortitudinis.
neptalim dilatatio mea. Que si diligenter
inspicis. ecclesie catholice competunt aptabis.
Manda deus virtutem tuam. confir ma hoc
deus quod operatus es in nobis. Postulat de adue
tu domini beatissimam perdicationem. quasi iu
estimabili accepto munere. ad patrem perhibe
quitur dicens. manda de uirtutem tuam. Virtus
enim patris. xpc domini. sicut apls dicit. xpm dei
uirtutem et dei sapiam. Manda. ad superna tu
ranet distinctionem. nam unum uelle illis
est. unum posse perpetue. Quod autem mandetur
adhuc. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis.
Magna petitio. ut confirmet deus in nobis fidem
suam. quam donare dignatus est. Populus enim
domini fuit. ut cecca gentilitas lumine ueri
tatis afflata. uerum dnm saluatorem cog
noscere potuisset. secundum illud apli. Benedictus
deus et pater domini nri ihu xpi. qui bene
dixit nos in omni benedictione spuali in cae
lestibus. in quo et elegit nos ante mundi con
stitutionem. ut essemus sancti et immaculati in
ipso. A templo tuo quod est in ierlm. offerent
reges munera. Cum soleant in templo mu
nera offerri. hic autem a templo ierlm dicit nich
omini offerenda. A templo quod ierlm offerunt
reges munera. quia in ecclia dei recta conuersatio
ne uuientes. sui cordis offerunt puritate. quando
iam ueniunt ad pmium. quando grana segre
gantur a paleis. et una fit ierlm mat om
num qui sub lege xpi uiuent. Reges. utrumque
possum accipere. quia et ipsi imperatores offer
se ipsos deo munera. sue fideles homines quia
suum corpus pxpi gram regere meruerunt.
Et respice quid ierlm tantum dicit domini templum.
ubi et uisio est pacis. et discordantium hereticorum
ni muscetur aduersitas. Increpa feras siluarum
calum taurorum in uaccas populorum. Vt illa
sca credulitas confessionis mummine firma
retur. dicit pha. Increpa feras siluarum. id est
argue superbos homines et feroces. qui in pra
ua persuasione consistunt. ut istorum in uecto.
fidelium sit solidata munitio. Proinquis
enim hominibus ut diabolo feras ponit. sic
in alio psalmo dicit. Circumdauerunt eam aper de
silua. et singularis ferus depastus est eam. Vac
ce quoque populorum. mulieres ductili uoluntate
lenissime. que perfidie doctores tamquam
tauros sequuntur. deceptibus dicit apls. Ex his enim sunt
qui penetrant domos. et captiuas ducunt
mulierculas oneratas peccatis. que ducuntur
uariis desideriis. semper discentes. et ad sciam
ueritatis numquam peuenientes. Cur quod tales de
beant increpare. subter adiectum est. Vt non
excludantur hi qui probati sunt argento. dispege
gentes que bella uolunt. Ut ultras illius incre
pationis ostensa est. quia dum falsitas arguitur.
nichominus ueritas comprobatur. Oportet enim
feras siluarum increpare. tauros abicere. uac
cas populorum inuehere. ut hi qui probati sunt
id est quos castitas spuali decoctos sordibus uiuorum
uelut argentum mundissimum ad animi
puritatem usque perduxit corroborent. Adiec
ta est quoque sententia. que dissiparet hereticos.
ipsi enim sunt gentes que bella uolunt. id est qui
contentionibus perfectum animi tendunt. ut per
uersis suasionibus captiuent animas innocen
tes. Offerunt uelocter ex egipto ethiopia